

parole iusta il solito, et fece ozi portar a li Camerlenghi li ducati 2000 et have il suo boletin di aver satisfato et andò nel Consejo di X.

È da saper. Sier Nicolò e sier Francesco Pasqualigo qu. sier Vetur, si ben sono di la caxa, per non esser parenti non levono scarlato.

Fo mandato di diti danari dueati 5 milia al provededor Griti per pagar le zente, che era passà il tempo. In questa sera :

*Di Roma, fo letere di l' Orator nostro, di 12. Come erano zonte letere dil Papa al Colegio di cardinali, date 22 Mazo, a Barzelona, a dì . . . Mazo, per le qual si scusa non esser venuto a Roma, perchè aspetava le galle qual non è zonte, et poi la galeaza nostra venetiana era partita e andata via; et altre parole come in la dita letera si contien, la copia sarà qui avanti posta. Etiam fo letere di uno nontio di cardinali, andò dal Papa, qual scrive assà cosse. Scrive dito Orator nostro, come in Roma è gran confusion, e come quelli . . . haveano la man su certi danari dil dazio dil vin, dicendo voler satisfar quelli hanno comprà officii di papa Leon et nulla hanno hauto. Li cardinali fanno editi ogni zorno, ma non vien ubiditi; mandano tapezarie a Hostia per preparar la venuta dil Papa; ma è fuitione, fanno per timor meter a romani; ogni di si amaza persone in Roma. Il Papa à mandato uno instrumento, che li cardinali governi il Papato fino il suo venir. Tra Orsini e Colonesi è inimicitia e sono in arme. Il cardinal Colona non ense di caxa per paura. Et se si amaza seculari da preti, voleno li cardinali siano iudici; ma si seculari amazano preti romani, voleno loro esser li iudici; sichè non si fa iustitia.*

191 *Exemplum litterarum ex Barchinona, data-  
rum die 22 Mai 1522, ad reverendissi-  
mos D. Cardinales.*

Reverendissimi in Christo patres et Domini, Domini mei observandissimi, humili commendatione. Licet per alias meas litteras iam ter aut quartu[m] Dominationibus Vestris Reverendissimis significaverim ea omnia que, postquam ad Sanctissimum Dominum nostrum accessi acciderunt et in dies accidunt, sciens nihilominus presentium latoris discessum in Urbem istam, visum est mihi denuo ea recensere. Scripseram brevi classem Domini nostri parandam et muniendam esse. Nunc scribo celerius parari quam policebar, quodque invictissimus Cæsar miserat suum oratorem ad Sanctissi-

mum Dominum nostrum, videlicet dominum De-  
laxao; quod Angliæ rex etiam destinaverat unum  
oratorem qui publice Sanctitati Suæ præstet obe-  
dientiam, eum Sanctitas sua solemniter acceptavit,  
et quod etiam ipse eidem Sanctitati Suæ publice et  
solemniiter fuit pollicitus Regem suum solemnem  
oratorem ad obedientiam post Sanctitatis suæ in  
Urbem ingressum præsandam. Quod rex Portu-  
galiae modernus misit alium oratorem præter unum  
alium qui cum Sanctitate Sua erat nomine Regis  
defuncti, pollicebatur etiam se ante nostrum ab hinc  
discessum solemnem obedientiam Sanctitati Suæ  
præstiturum. Qui et utriusque Angliæ videlicet et  
Portugaliae regum oratores Sanctitati Suæ mun-  
tam classem, ut tuto se Romæ recipiat, liberaliter  
obtulerunt, et pecunias quod Regina etiam Portu-  
galiae vidua alium miserat oratorem. Sabaudiae Dux  
item alium; qui omnes in hac Curia resident. Quod dux Urbini, pro confirmatione illorum quæ per Re-  
verendissimas Dominationes Vestras concreta sunt,  
ad eandem Suam Sanctitatem secretarium quem-  
dam suum destinaverat, qui, ut credo, adhuc negotia  
non expedivit et his est harum lator. Quod domi-  
nus Fabius Ursinus de Lamentano misit etiam cum  
litteris domini Guielmi Enchevorth et non nullorum  
aliorum, quædam suum pro, nescio quarum rerum  
expeditione. Quod Sanctissimus Dominus noster in-  
fra triduum destinatus erat nuntium suum archi-  
episcopum Bareensem ad regem Christianissimum  
pro pace tractanda; super quo a rege Christianissimo  
plenissimum salvum conductum per proprium Sancti-  
tatis Suæ tabellarium obtinuerat. Quod missurus  
etiam erat reverendissimum et illustrissimum domi-  
num episcopum Astoriensem fratrem germanum  
comitis de Altamira, virum sacris et humanis litteris  
ac vita integritate præstantem, ac ordinis Prædicato-  
rum ad serenissimum regem Angliæ primum, et  
deinde ad Cæsarem pro iniendis pacis fundamentis,  
quod miserit iam generosum virum militiæ sancti 191 \*  
Jacobi ad Portugaliae regem ut Maiestas Sua in  
huiusmodi pacis negotio Sanctitati Suæ suffragetur.  
A qua etiam Sanctitas Sua oblatæ classis aliquot  
naves ultro acceptaverat, nam, cum romanæ et  
neapolitanæ triremes adhuc non venerint nec ven-  
turæ speratur, Sanctitas Sua cogitur aliunde clas-  
sem parare, et quod hucusque quatuor gravis ar-  
maturæ naves, quas vulgus carachas appellat, ab  
Hispaniarum portibus conduit, et octo triremes  
summa eum diligentia muniri et parari facit; su-  
per quo exactissima utitur diligentia. Quod gene-  
ralem totius classis imperatorem et capitaneum